



O-

re tersum
flate versum
FISTULÆ,
Tibiæ, cantes,
calami, cicutæ,
FISTULAREM
fibilate fibilum. (a.)

Res prisca, Candidatos
AVLETICO recentes
deprædicare plausu (b.)

Faces, decens Hamadrias,
SYRINX, ut est in fabulis,
Non PANI frustra subdidit.

Fit CANNA quamvis, more cannam
PAN quoque mulcet inusitato. (c.)

Dicam hæc planius involucria? Dicam.
(Suspende nigri, Mome, punctum calculi!)
Mellitus ille ad Bregelam CICUTICEN,
PFEIFFERUS, ille literatus Helluo,
Ille Elegantiæ PROFESSOR Atticæ,
Quo sub Trione doctiorem frigidæ
Vix inveniret, credo, Sol si quæreret.
Est illa SYRINX, intimè quam deperit
PAN orbis ille Marchici ter-maximus,
DOCTORIS ipsum Privilegiis donans,
Eque AULICO jubens docere suggestu.
Tot nempe sunt huic FISTULÆ venustates,
Ut Divus ipsam si BERNHARDUS audiret,
COELESTIS est; (d.) amplo (si fallor!) ore diceret,
Mens quantum sincera valent, Gravitasque verendi
Corporis & multis Pietatè solidata stativis.

O meres, PHILIPPE, meres protecto,

Quique FIDEM (e.) nobis sanctam Christumq; (f.) reveles,
Atque novo clueas Nomine, DOCTOR ANE!

Quàm vellem mihi, si liceret, unum
Unum ex omnibus impetrare Votum.
Sci' n tu quale? Ut eos, malignis
Hæc cui FISTULA vapulat cavillis,
Tristes adcrocitent ubique CORVI.
Addam huic insuper illud Optionis:
Sit tuæ benè FISTULÆ; sit illa
Sancti Pneumatis Organon, scelestam
Alto catervam suscitans anhelitu.

TE, qui Salutis hîc nostræ Architectus es,
Salus Secundis obsecundet calculis.
Corporeâ donec Mens à compage soluta,
Urgente Parcarum col- sua recedat è Dom-



Hunc OBELISCUM honoribus

VIRI Plurimum Reverendî atq; Excellentissimi Domini,

M. JOHANNIS PHILIPPI PFEIFFERI,

Concionatoris Aulici secundarii, SS. Theologiæ & Græcæ linguæ P.P. &

Bibliothecarii Electoralis; PATRONI sui & Popularis optimi, ipso DOCTORATUS sui die,

Idib. Maji Anno M DC LXXXV. celebrati,

posuit

M. JOH. GEORG. Epich/ Fr.

REGIOMONTI, PRÆLO REUSNERIANO.

(a.) versus, ab u-
nâ syllabarum ad
plures qui sur-
gunt, FISTULA-
RES vocat Ve-
get. 2, 13.

(c.) Vid. Ovid. I.
Metamorph.

(d.) D. Bernhar-
dus S. Ambrosi-
um celestem nunc
cupat fistulam.

(b.) Ezech.
XXVIII, 1. I. Reg.
I, 40. Judith. III,
10. I. Maccab. IX,
39.

(e.) Act. VIII, 6.
(f.) Joh. I, 43.



